voluisset videatur quam potuisset vel cunctasset: talis enim delatio quod fines habent
quod non sequuntur. Et clare sonare faciat et sic non tam sono vocis sed magis expressi-
one rei & personae circumstantiae. 4. Omnia iniqua. Quia non
unus est arguendus & alter dissimulandus. Sed unum potius alius arguendus
& aliud exterminandum. Sed omnia vitia sine personae acceptione corripienda
Et tamen omnia iniqua. mirabile enim. cum quod multi agitur adulatores

Quinto Iudicia. Quae sunt opera correptionis & Crucis Christi: in quibus con-
tinetur. Quod mala culpae sunt vitanda & iustitia conservanda. Et quod mala
poenae propter iustitiam & Christum sustinenda. Hec enim vera iudicia habent. i. arguunt
peccata ut vitentur. Et castigat veterem hominem: ut conservet iustitiam interiorem
Et quod ad ista duo pertinet in evangelio: sunt iudicia: quae damnant peccata: & carnem
peccati. Sexto. Eloquia tua: i. scripta & verba a te dicta ore
Quae non sunt ex nostro capite: aut sensu: aliquem arguere debes & iudicare secundum
Evangelium: Ubi enim sufficienter dictum: quae sunt vitanda: quae sint sustinenda
Ut non sit necesse nostras passiones admiscere in alterius correptione: facile enim
exorbitamus. Ideo verba Christi sunt assumenda. sed tamen quia
ratione. Verba Evangelii & Crucis Christi: dicuntur iudicia: Sermones
autem sunt quae docent: quae bona nobis sunt collata. & quae adhuc conferenda sunt
de gratia & gloria in vita & spirituali interiori homine ut iam operamur in suis
membris suis. sed de gratia exhibita & gloria promissa

iudicia
Sermo

In via testimoniorum tuorum delectatus sum, sicut in omnibus divitiis
Testimonia porro dicuntur: quae testantur de futuris bonis: non sunt exhibitiones praesentium sed testimonia futurorum: utraque tamen solum: est solum futurorum non apparentium. Sic Angeli nobis apparent gratia dei. sed promittunt. Et
nobis nondum apparet quod erimus. sed testimonia habemus super eis. Vel testimonia
dicuntur verba legis verba spiritualia intellecta: quae testantur nihil nisi solum
Christum futurum. sicut Nova lex testatur eius futurum: In viam autem
eius in via cordis est delectatio. Quae exercitatio in illis consistit fecerunt in
Quare ut semper dixi totus psalmus est nihil aliud nisi petitio. ut reveletur lex
spiritualis. ut auferatur littera cognoscatur spiritus, tollatur velamen. & appareat
facies veniat Christus & transeat moses. Ut infra. Desideratus sum faciem tuam
i. adventum tuum: Cesset lex & regnet gratia: finiatur littera & incipiat iustitia
Ideo exclamavit. Beati immaculati in via. Quae lex non est sine macula sed
spiritus legis ipse est sine macula & immaculatus psalmus 18. Lex domini immaculata

testimonia

In Mandatis tuis exercebor. & considerabo vias tuas. hec exercitatio
est loqui & disputare ut in lege dei. Unde ergo dicere quod non solum opere sed ore &
cogitatione fidelis sit in lege domini futura ut dixerit
In iustificationibus tuis meditabor non obliviscar sermones tuos. i. ...
me operet ut in corde habet & memoria ut infra.